

**5917<sup>a</sup>** Q. Gellio Sentio Augurino procos.<sup>1</sup> decreta | ex tabellis recitata kalendis Martis. Cum optimus maximusque | princeps Traianus Hadrianus Aug. scripserit mihi uti adhibitis mensuris de controversiis finium inter Lamienses et Hypataeos cognita causa | terminarem egoque in rem praesentem saepius et continuis diebus | fuerim cognoverimque praesentibus utriusque civitatis defensoribus, | adhibito a me Iulio Victore evocato Augusti mensore, placet initium | finium esse ab eo loco in quo Siden fuisse comperi, quae est infra consaeptum consecratum Neptuno, indeque descendentibus rigorem seruari usque ad fontem Dercynniam, qui est trans flumen Sperchion, ita ut per | amphispora<sup>2</sup> Lamiensium et Hypataeorum rigor at fontem Dercynniam supra | scriptum ducat et inde ad tumulum Pelion per decursum Sir . . . | at monumentum Euryti quod est intra finem Lamiensium . . . | Erycaniorum et Proherniorum<sup>3</sup> . . . . . | . . . . . | . . . thraxum<sup>4</sup> et Sido . . . . . | . . . const . . . . .

*Inter Lamiam et Hypatam in vico Myxiatas, deinde Lamiae (III 586 cf. 12306 vidit Wilhelm).* — 1) Proconsule, scil. Macedoniae. Fortasse idem commemoratur a Plinio ep. 4, 27, 9, 8. — 2) Amphispora videntur esse ipsa arva, de quibus certabatur, essentne a Lamiensibus conserenda an ab Hypataeis (Momms.). — 3) Proernam in Thessalia memorant Liv. 36, 44, 42, Strabo 4 p. 454, Steph. Byz. — 4) Primae litterae non certae.

*Simile decretum de finibus inter Delphos et Anticyrenses est III 567 cf. p. 987. 1547. — Terminationis Callatide ad Pontum repertae fragmenta edidit Tocilescu arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 49, 1896 p. 104.*

**5948** L. Trebius | Secundus praefectus (sic) castrorum inter | Onastinos et | Narestinos<sup>1</sup> terminos posit (sic) ius su L. Volusi Saturnini leg. pro praetore<sup>2</sup> C. Caesari Augusti | Germanici<sup>3</sup> ex | sententia (sic) quam is atherito (sic) consilio dixit.

*In Dalmatia rep. loco dicto Krug di Jesenice di Poljica (a Salonis meridiem versus), est Spalati (III S. 8472 Hirschfeld vidit ectypum).* — 1) De his civitatibus Dalmatiae cf. Hirschfeld l. c. — 2) Cf. supra N. 923, infra N. 5949. 5952. — 3) Quae punctis distinguimus, erasa, ex parte tamen leguntur.

**5949** . . [Vibullius T. . . | . . [leg. VII et L. Saturnius], M. Sueto Caelurionibus leg. XII | iudices dati ex | conventionione a | L. Volusio Saturnino leg. propr. | C. Caesaris Aug. | Germanici inter | . . .

*Prope Promonam Dalmatiae rep. (III S. 9852 cf. add. post. p. 2528, 41 vidit Patsch).*

**5950** L. Arruntius | Camillus Scribonianus<sup>1</sup> leg. pro praetore C. Caesaris Aug. Germanici, iudicem | dedit M. Coelium | leg. VII inter Sapuates | et Laminos<sup>2</sup>, ut fines | regeret et terminos (sic) posset.

*In Bosnia non longe a Iajce et a Verbano fluvio loco dicto Vaganj in rupe incisum (III S. 9864<sup>a</sup> cf. p. 2165. 2270 Hirschfeld et Patsch viderunt ectypa).* — 1) Consul fuit a. p. Chr. 52, a. 42 in Dalmatia rebellavit, cf. supra N. 157 not. 1. — 2) Sapua et Laminos videntur memorari a Geographo Ravennate, cf. Hirschfeld l. c.